



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

§. 5. D. Chrysostomi, & Isidori eius imitatoris de eadem re verba.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

dentibus frendas, ut Leo, & præ iracundia vocem confusam, & perturbatū clamorem emittas? Quid enim gravius aut acerbius est, quam cum iracundia furor totus erumpere nititur, nec intus ullo modo contineri potest? cum ab aliqua perturbatione victus est homo, non iam ipse imperat, sed in eius animo perturbatione dominatur. Quamobrem cum ita creatus sis, ut bestiis imperes, & serpentibus, & volatilibus, perturbationibus impera. Ne permittas cogitationem tuam sublimem vagari. Ne sinas animum tuum leuitate instabilem ferri. Datur est tibi ut auibus præsias: absurdum erit si visca volantes illas ita capias, ut ipse leuis sis, efferrarisq; superbia. Ne sublimes spiritus tollas, ne intumescas, ne tibi nimium placeas, aut plus de te sentias, quam patiatur humana conditio. Ne laudibus inflatus extollaris, ne te ipse iactites, aut magnum aliquid esse putes. Alioquin eris volucrum similis, qua natura leues & instabiles huc illuc feruntur, & volitant. Tuum igitur animum moderare, eiq; imperare, si vis rebus omnibus imperare. Hæc ratio nobis in animantia attributum imperium nunc monet ac disponit, ut ipsi nobis imperemus.

§. V.

D. Chrysostomi, & Isidori eius imitatoris de eadem re verba.

Colo.

Consonat D. Nysseno D. Chrysofomus his verbis, dum fidelem non ex fidei legibus viuentem ita castigat: *Quid verò fidelem dico? Nec enim es homo, si manifestè possum videre. Cùm namq; tanquam asinus recalcitres; lasciuias autem ut taurus; tanquam equus verò post mulieres hinnias; ventri tanquam vrsus indulgeas; & ut mulus carnem impingues; & malum memoria teneas, velut camelus; porrò rapias quidem ut lupus; at ut serpens irascaris; ferias ut scorpius; sis subdolus ut vulpes; nequitia verò tanquam aspis & vipera venenum serues; at sicut ille malignus demon fratres impugnes: quomodo te cum hominibus connumerare valeam, talis in te natura signa cùm non intuear? Hæc ille, qui alibi addit, brutum quodlibet vnicam bestiam esse; qui verò à virtute deflectit, in tot bestias, quot peccata admittit, transformari. Imitatur idem magnus Chrysofomi æmulator, ac aliquando auditor, Isidorus Pelusiota his verbis: *Sirem accuratè atq; exactè perpendere velimus, non in mentis duntaxat: sed etiam truculentis feris comparari posse videtur, immo etiam eas superat, qui turpium affectionum ac libidinum amator est. Quodq; mirum, atque ab**

S. Chryf.  
hom. 4.  
in Matth.

Idem  
hom. 1.  
in Ioan,

Isidor.  
Pelusiot.  
lib. 2. ep.  
135.

M m 2

homi-

hominum opinione alienum est, quæq; fera  
 unitantum vitio seruit: at qui hominis spe-  
 ciem habet, omnibus vitijs in unum congestis  
 & cumulatis, ultra eorum temeritatem &  
 amentiam progreditur. Ac ne me hyperbolice  
 loqui putes, res ipsas incorrupta mente perpen-  
 damus. Cum enim quispiam ut taurus subsul-  
 tat; ut asinus calcitrat; ut salacissimus equus  
 in feminas hinnit; ut ursus voracitati studet;  
 ut mulus corpus saginat, ut camelus iniuria-  
 rum memoriam retinet; ut leo irascitur; ut  
 lupus rapit; ut scorpius ferit; ut serpens subdo-  
 lus est; improbitatis venenum ut vipera con-  
 servat; opes denique, vel, ut rectius loquar,  
 peccata cumulat, ut scarabeus scarabeas, quo-  
 nam pacto quispiam hunc belluino animo pre-  
 ditum inter homines recensere poterit, cum  
 mitis ac placide nature lineamenta in eo mi-  
 nimè perspiciat, verùm Scylla cuiusdam, &  
 Chimera atque Hydra (iuxta externas fabu-  
 las) foetorem cernat.

## §. VI.

Clementis Alexandrini & Senecæ iudicio, lu-  
 xuriantes in bestias mutari.

Clem.  
 Alex. l. 1.  
 Pædago-  
 gi, c. 13.

Affonat & Clemens Alexandrinus his  
 verbis. Quin etiam, quod supremum est om-  
 nium, ipsam Philosophiam definiunt, studium  
 rectæ